

1635 Februar 27., Paris

A

SCHREIBEN VOM [STUDENTEN AN DER SORBONNE, MICHAEL?] WARTIS, [AN DEN ZUGER AMMANN BEAT II. ZURLAUBEN]

"Existimavi fore satius, hisce, licet paucis, linearum ductibus, ingentis obsequij tesseram adstruere, quam tam strenuam in meis rebus ultro procurandis operam, ulteriori silentio supersedere. Et malui, non satis excoactas furtivi otij elucubrationes citius perfundere, quam dum maturescerent ingratus diutius videri. Igitur et temporis et obij angustijs coarctatus, verbo edicam, quae plurimis paginis depredicare oportet. Scilicet tam munificam benevolentiam et tam benevolam munificentiam, totum me adeo sibi devinxisse, ut nihil post hac mei sit, quod tuum non sit. tuis quippe curis partum tale, quale est. Et quamvis ut clarissimus, pulcherrimi solis fulgor, per orbem dispersus. haud quocquam sibi iuncta sub lunatu lumine augetur, ita ex additione tam exiguae, et vix scintillantis nominis mei Faculae, amplissimo gloriae tui splendore, nec ullum accrescat incrementum, gloriosum tamen tibi est, solis instar, ergo lucere, et affulgere. Hoc unum certe solatium mihi est, ut cum singularem tuam benignitatem et sapientiam venerari satis non valeam, admirari tamen audeam. Sed haec ut aiunt transcennam; Malo enim Religioso silentio isthaec in mente revolvere taciturnus, quam multis verborum ampullis vanus adulator haberi, quoadusque animus meus more ultra nescius in copiosissimas torrentis instar, Laudes, opportuno tempore merito sit erupturus. Egenis enim unica ab Illustribus accepta beneficia recompensandi via est, ea scilicet gratis acceptare, et pro ut possunt, satis praedicare. Quod ego si non facerem, nil esset, quin ingritudinis nota non Inurerer. Ceterum, ob liberalem annui stipendij [von seiten Frankreichs] ab amplissimo senatu [=Zuger Stadt- und Amtsrat] mihi factam concessionem, tibi in primis, maximas, quas possum habeo gratias, quippe cum probè noverim, singulari tua sedulitate et procuratione id obtigisse. Est tamen quod conquerar, nec te latet opinor, quod scilicet in eo persolvendo hic admodum sint negligentes, adeo ut nisi magno studio, curave res agregatur, certe periculum sit ne omnino in nihilum abeat. effulget tamen adhuc mihi spes posita in Domino legato [=Ambassador Blaise Méliand] illo a Rege Christianissimo [Ludwig XIII.] recenter ad vos misso, qui omnem rei ordinem sibi narrari voluit, sponditque se, cum in helvetiam pervenerit, nostro curam sedulo gesturum, tantaque omnis benevolentiae edidit specimina, ut nisi Christianissimi Regis liberalitas in eo reviviscat, valde metuam, ne apud eius

thesauranos perpetuo recondita iaceat, vix unquam resurrectura. Vides ergo quam negotium nostrum honorum virorum Sedula ope multum opus habeat, qui nempe apud eam partes nostras agant. Tua autem hactenus toties mihi comperta benevolentia animum mihi fecit ut audacter (humillime tamen) opem tuam, non meo duntaxat, sed et omnium qui hic sunt, nomine implorem, cum praedicto Regis nostris legato, singulariter hac super re agas, causamque nostra suscipias, et ut speramus, in bonum eventum perducas. Certe hanc non Existimo tam temere negligendam, utpote quae toti patria nostra perpetuo commodo esse possit.

Nullum te hac in parte aptiorem censui, utpote cui patriae nostrae et salus et incrementum tantae prae reliquis curae est, et quem summa ingenij indoles, sapientia et doctrina, tam fervidum bonarum litterarum, amatorem reddidit Merito ergo ad te appullimus, Restat ut me meosque indubitatis tuis favoribus enixe commendo, Divinam numen interim, deprecaturus, eo, quo nunc es, in statu te conservet. quo exiguis nostris obsequijs opus non habeas.

Kopie, von der gleichen Hand wie AH 72/175 - AH 72, 403^V-404^V

177

1635 April 1., [Abtei] Muri

A

SCHREIBEN VON [PRIOR] BENEDIKT [LANG AN DEN ZUGER AMMANN BEAT II. ZURLAUBEN]

"Quem S. Mater [Euphemia H o n e g g e r] ... pro paschalibus festis [=8. April] petit filium [H e i n r i c h II. Zurlauben - dieser studierte damals in Muri -], non possum negare, licet libentius hic vidisse, sed cogitemus esse Matrem, et condescendam modo non pater sit huius mentis. Filius Henricus se bene gerit, laudabilis studet et proficit, quis et qualis animus illi ad Monasticen, quaerent Parentes, difficultatem apud nos faciet nimis. propinqua consanguinitas Nostri P. Athanasij [B r a n d e n b e r g, von Zug], porpterea si vellet ordinem hic non posset obtinere, utilissime illi providens alibi, quia nimis maturi, et anno si non libens suscipiens in nostris Monasterijs, man wird sagen Zu Mury hatt man in brucht, Jez schickt man in anderstwohin. Si vero, velit statum saecularum tunc relinquo hic quam diu placuerit. Occasionem conservationis libens videbo, Ego si mei esset vicis tam diu non differem."

Kopie, von der gleichen Hand wie AH 72/176 - AH 72, 404^V-405^F